et cum reliquis xpi martyribus kiliano qui de scottis
huc ueniens. xpm gozberto duci & geilane uxori
eius ceterisque prouincialibus primo predicauit. et instinctu
secundae herodiadis. cum sociis suis et colomanno
et gotmanno ibi martyrizatus est; circum quos usque in presentem diem dominus
per eum lxx operatur miracula. et magister eorum quoque
hoc uidens. suos sic hortatur discipulos. nolite inqui
ens tardare. si quae uobis sunt credita diligenter et sine mo
ra operamini. dominum enim nostrum kilianum dicta teste nec
agit signa absque omni mora. Quantae autem uirtutis
supramemoratus presul fuisset. stilo comprehendere nequaquam
sufficio. sed hunc apud deum magni esse meriti ex
corde credo. Interea cuiusdam matronae famam. quae
hathebur dicebatur comperiens. qualiter eam sibi so
ciaret. iuuenili exarsit amore. Haec erat filia er
uuini senioris. qui in urbe predicta quam antiquam
ciuitatem nominamus. maximam tenuit partem. & quia
is filium non habuit. geminis filiabus suis eam in medio de
cedens reliquit. Ob hunc pulchritudinis et here
ditatis. diuitiarumque utilitatem. internuntios
heinricus quam per se misit. et quamuis hanc esse
uiduam. et sic uelatam. suorum tamen uersatus